



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

33. An innotescente, non elapso tempore Iubilæi, famulum non dedisse  
eleemosynam à Domino acceptam, ut pauperibus elargiretur, teneatur  
Dominus adhuc alteram eleemosynam erogare? Et supponitur, quod ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

naturam pro eleemosyna dare ad lucrandum Iubilaeum,  
Inscio Superioris, qui est irrationabiliter iniurias; & ideo  
in tali casu Religiosus subditus operatur ex licentia  
Superioris debita. Idem dicendum est de vxoribus,  
filiis, filiis familiae, Monialibus, &c vide Sanchez  
in sam. tom. 2. lib. 7. cap. 19. num. 54. Et s. licet tutius  
foret in tali casu supradictas personas commutatio-  
nem petere in aliud opus pium.

**Sup. hoc sup.** in fine Ref. 28. §. vlt. & inf. ex Ref. 38. lego §. 1. Dico quod quod eleemosyna potest fieri ante, vel post communionem, etiam si communio fiat die Dominico. Ita Graffius in Appen. lib. 1. cap. 5. num. 5. Henricus lib. 7. cap. 10. num. 6. Leo de Iubil. part. 2. quiesc. 14. fct. 6. numero 174. qui assertit hoc fuisse deci-  
sum a Gregorio XIII. Vide etiam Falliuc. tom. 1. tr. 8.  
cap. 6. n. 273.

**Sup. hoc inf.** Rer. 14. si-  
guantur ad medium.

7. Errandem dico quod quod ad lucrandum Iu-  
bilaeum sufficit dare eleemosynam ei, cui alias debetur  
ex obligatione praecepti naturalis, vel voti. Ita DD.  
quos citat & sequitur Bossius tract. de Iubilao, fct. 4.  
cap. 9. num. 3. ubi sic ait. Communis opinio est suffi-  
cienter satisficeri operum implendorum in Iubilao per  
opera alias debita ex obligatione praecepti naturalis,  
vel Ecclesiastici, vel voti, & constat ex praxi. Ita ille.

## RESOL. XXXIII.

*An innotescere, non elapsō tempore Iubilaei famulum non dedisse eleemosynam à Domino acceptam, ut pauperibus elargiretur, teneatur Dominus adhuc alteram eleemosynam erogare?*

*Et supponitur, quod Dominus, si dat famulo stipem pro pauperibus ad lucrandum Iubilaeum, & ipse sibi retineat, Dominum bona fide lucrari Iubilaeum.*

*Et docetur eleemosynam dandam pauperibus pro conseq-  
uentione Iubilaei non esse mensurandam iuxta vnius  
etiamque sumentis mensurationem. Ex p. 11. tract. 7. &  
Mifc. 7. Ref. 18.*

**Sup. hoc**  
quod hic  
supponitur  
in Ref. pre-  
terit, & in  
alii eius  
primæ ad-  
not.

§. 1. **S**uppono tamen probabile quod si dominus  
det famulo stipem pro pauperibus ad lucran-  
dum Iubilaeum, & ipse sibi retineat, dominum luca-  
ri Iubilaeum. Ita doctus Pater Gobat de Iubilao cap. 30.  
ques. 80. num. 221. Quintanaduenias de Iubil. o duarum  
hebdomadarum cap. 9. num. 12. Si la persona (ait ille) a  
quien se entregó la limosna para que la diese, se olvi-  
do de darla, ó se la perdió, ó de malicia non la quisó  
dar, es muy probable gana el Iubilco el que la mando  
dar, que este, quanto es de su parte, y a la dio; y Dios  
la recibió como si con efecto la diera el criado: lo con-  
trario sienten otros, y juzgan tampoco lo ganara si la  
dio después de las dos semanas. Lo cierto es, no lo ga-  
nará solo si finalmente en su entendimiento la que auía  
de dar, guardándola en especie y numero para un po-  
bre, sino se la entregaua dentro de la semana, que en-  
tonces no se verifica a ver si la dada: Pero se le dijo, que  
allí la tenía que fuele por ella, ó que se la embiaría,  
y el la aceptó, y dixo se la guardasse ó no dixo nada;  
aunque no la entegasse en tiempo del Jubileo lo  
gana.

2. Sed difficultas in casu nostro est, num scilicet  
innocente fraude famuli antequam terminus Iubilaei sit elapsus, & ante eius consecutionem adstringen-  
dus sit dominus aliquam eleemosynam erogare? Et in rigore putat Pater Bardi in selectis lib. 5. qu. 3. num. 15.  
non esse dominum obligandum ad secundam eleemosynam,  
& illum ad hoc adstringere, non esse ita co-  
harenсis opinioni quam tuemur, quia posito quod sustineamus per abdicationem dominij ex voluntate subueniendi pauperibus, satisfactum esse intentioni  
Pontifici hoc primariò & formaliter intercedentis,

iam censetur posita conditio, & adimpletum opus  
inunctum, & ideo non supererit alia obligatio. Ne-  
que ad huius argumenti vim eneruandam, dicas  
talem esse presumendam mentem Pontificis, videlicet quod in tali casu sit excusandus dominus durante  
tantum bona fide, non autem quando scit cum effectu  
exhibitam minimè fuisse, ne dicas hoc, quia in  
iis, que se habent in forma, non prodet bona fides  
ad valorem actus; alter iis, qui v. g. non ieiunet vel  
omittat visitare aliquam ex Ecclesiis designatis, aut  
non ore ut prescribitur in diplomate, & omisso pro-  
cedat ex bona fide inuincibiliter ignorantibus obligatio-  
nem, sequeretur omittement lucrari Iubilaeum, quia  
dici posset talē esse presumendam mentem Pon-  
tificis, quod tamen communiter non assertur à Docto-  
ribus, ideoque signum est in his rebus non sufficere  
bonam fidem, sed requiri ut cum effectu opera  
inuncta ponantur; Igitur efficax ratio ad sustinendum  
opinionem affirmatiuam, ea est quam adduximus, pen-  
te id quod formaliter inuincitur, esse actionem illam  
pietas, procedentis ex voluntate subueniendi pauperi-  
bus; ideoque ea postea, iudicandum erit ex parte dan-  
tis, conditionem hanc appositam fuisse, quod tamen  
non habetur in exemplis allatis de aliis operibus in-  
unctis; & patet quia Pontifex per ieiunium imposicio-  
nem primariò intendit honestatem illam, quae repertur  
in sobrietate & abstinentia à cibis, quae tamen deel-  
si ieiunium in re non ponitur. Similiter inuincendo vi-  
sitationem Ecclesiatum & orationem primariò & for-  
maliter intendit talem actum extermum religionis,  
& preces ad Deum pro gratiis obtinendis, quae non  
habentur nisi per externam, & actualem visitationem,  
& veram realemque orationem in eum finem effundat,  
at in erogatione eleemosynæ facienda per famulum,  
iam habentum actionem externam intentam à Pontifice,  
qua consistit in abdicatione pecuniarum, aut alterius  
rei erogandæ ex intentione subueniendi pauperibus,  
qua est honestas pertinens ad virtutem misericordie,  
quam primariò Pontifex intendit, & sic non valet  
paritas. Hæc omnia Bardi ubi supra, qua licet subtil-  
ter & docte excogitata sint, ergo tamen in facti conti-  
gentia non recedent ab affirmativa sententia, & quidem  
communiter Doctores quos \* alibi citauit, firmant  
in casu, quo dominus præbeat eleemosynam famulo  
ad dandam pauperibus pro consequendo Iubile &  
famulus non det, dominum non lucratum Iubilaeum, præ-  
terea si bona fide maneat.

3. Nota etiam hic obiter, recte Patrem Bardi ob-  
supra n. 5. docere contra Patrem Pasqualigum, eleemo-  
sinam dandam pauperibus pro consequtione Iubilaei  
non esse mensurandam iuxta vniuersitatem fumentis  
mensurationem, quod etiam ego \* alibi docui. Vide \*  
Bardi, qui respondet ad argumenta Pasqualigum. Recte  
itaque dixit Quintanaduenias ubi supra n. 3. La limosna  
en qualquiera cantidad se puede hacer, y no es necesario  
el rico de como rico, y el pobre como pobre, fino  
cada uno lo que quisiere.

## RESOL. XXXIV.

*An quis possit lucrari Iubil. um præstante opera, quæ  
alio capite facere tenetur? Vt, v. g. ex obligatione pre-  
cepti Diuini, aut Ecclesiastici, vel Confessarii, aut voti,  
ut se in Quadragesima publicetur Iubilaeum, vel tem-  
pore Quatuor temporum, &c? Exp. p. 11. 12. Ref. 55.  
alias 54.*

§. 1. **R**espondeo ad lucrandum Iubilaeum sufficie-  
re præstare opera, quæ alias quis tenetur facere  
in obligeatione precepti Diuini, aut Ecclesiastici, aut  
Confessarii.